ἕως τοῦ ὄρους, εἰς κρημνοὺς αὐτοὺς ἐνέβαλλον καὶ τόπους δυσβάτους, καὶ πάντας αὐτοῦ συνέτριψαν· ἐν δὲ τοῖς κρημνοῖς αἰγῶν ἀγρίων δίκην ἐσκηνοβάτουν. πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐζώγρησαν. παρέλαβον δὲ καὶ τὸ τούτων στρατόπεδον, V. 204 καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς ὕψος C τὰς χεῖρας ἐκτείναντες τῷ Θεῷ ηὐχαρίστουν, καὶ τῷ στρατηγήσαντι καλῶς βασιλεῖ συντόνως προσηύχοντο. οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν τολμήσαντες ἰδεῖν, νῦν τὰς σκηνὰς τούτων ἀσαλεύτους εὑρόντες ἐλαφυρολόγησαν. τίς γὰρ ἤλπιζεν τὸ τῶν Περσῶν δυσμαχώτατον γένος νῶτα δοῦναί ποτε Ῥωμαίοις. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν στρατὸν σὺν τῷ στρατηγῷ καταλιπὼν εἰς Ἀρμενίαν παραχειμάσαι, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ὑπέστρεψεν.

Τούτῳ τῷ ἔτει Μάμεδ ἐφάνη ἀμηρᾶς ἔτη θ', ιγ' ἔτος Ἡρακλείος ἐξουσία. D

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Μαρτίῳ ιε', ἰνδικτιῶνι ια', ἀπάρας A.M. 6114 ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος ἀπὸ τῆς βασιλίδος κατὰ τάχος ἀφίκετο εἰς Ἀρμενίαν. Χοσρόης δὲ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἀπέστειλεν τὸν Σαρβαναζᾶν σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ εἰσβαλεῖν εἰς P. 257

1. ἐνέβαλλον f, ἐμβάλλοντες vulg. 2. αὐτοῦ] αὐτοὺς vulg. 3. ἐσκηροβάτουν a, ἐσηροβ. f, fort. ἐσκληροβάτουν. 5. αὐτῶν] αὐτοῦ a f. 14. τούτῳ — — ἐξουσία] haec nota non legitur in a e; sed omnino scribendum: Ἡρακλείου ἐξουσίας.

multis eorum caesis, reliquos ad montis adigunt angustias, et in praerupta loca praecipitiaque compulsos, prosternunt, et in extremum periculum adducunt. per asperas etiam illas et salebrosas rupes caprarum sylvestrium more desilientes Persas venantur et capiunt vivos, occupatisque eorum castris, bellicum apparatum omnem diripiunt. ita demum Romani manibus in caelum elatis debitas deo grates referunt, et ad eum pro imperatore suo rei militaris adeo perito vota insuper concipiunt. qui prius enim vel motum a Persis pulverem intueri verebantur, impraesentiarum defixa et immota eorum tentoria depraedati sunt. quis, amabo, Persas gentem armis invictam terga Romanis dare unquam sperasset. imperator autem relicto exercitu, duceque ei praeposito, sub cuius cura hiberna in Armenia transigeret, Byzantium reversus est.

Hoc anno Mamed ameras primo conspici cepit: annis novem regnavit, a collatae Heraclio imperii potestatis anno decimo tertio.

Hoc anno mensis Martii die decimo quinto indictione undecima A. C. 614 solvens ab urbe regina imperator magnis itineribus in Armeniam contendit. Persarum vero rex Chosroës Sarbanazam ad fines Romanorum invadendos summisit. Heraclius autem litteris Chosroëm monuit, aut

τὴν τῶν Ῥωμαίων γῆν. Ἡράκλειος δὲ ἔγραψεν πρὸς Χοσρόην, ἢ τὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, ἢ ἑαυτὸν εἰς τὴν Περσίδα σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ εἰσβαλεῖν. ὁ δὲ Χοσρόης οὔτε τὴν εἰρήνην ἠσπάζετο, οὔτε τι τῶν λόγων ἡγεῖτο, ὅτι Ἡράκλειος τολμᾷ τῇ Περσίδι πλησιάσαι. ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ εἰκοστῇ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς εἰσέβαλεν εἰς τὴν Περσίδα, καὶ μαθὼν τοῦτο Χοσρόης τὸν Σαρβαραζᾶν ὑποστρέψαι ἐκέλευσεν· καὶ ἐπισυνάξας ἐκ πάσης τῆς Περσίδος τὰ ἑαυτοῦ στρατεύματα, καὶ παραδοὺς αὐτὰ τῷ Σάῃν κατὰ τάχος
B ἑνωθῆναι αὐτὰ τῷ Σαρβαραζᾶν προσέταξεν· καὶ οὕτω χωρῆσαι κατὰ τοῦ βασιλέως. Ἡράκλειος δὲ προσκαλεσάμενος τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, λόγοις παραινετικοῖς διήγειρεν αὐτούς, λέγων· ἄνδρες, ἀδελφοί μου, λάβωμεν εἰς νοῦν τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, καὶ ἀγωνισώμεθα τὴν τοῦ θεοῦ ὕβριν ἐκδικῆσαι. στῶμεν γενναίως κατ᾽ ἐχθρῶν τῶν πολλὰ δεινὰ Χριστιανοῖς ἐργασαμένων. αἰδεσθῶμεν τὸ τῶν Ῥωμαίων ἀδέσποτον κράτος, καὶ στῶμεν κατ᾽ ἐχθρῶν δυσσεβῶς ὡπλισμένων. λάβωμεν πίστιν τῶν φόνων φονεύτριαν. ἀναλογισώμεθα ὅτι ἔνδον ἐσμὲν τῆς τῶν Περσῶν γῆς, καὶ μεγάλον κίνδυνον ἡ φυγὴ φέρει. ἐκδικήσωμεν τὰς φθορὰς τῶν
C παρθένων, τὰ τετμημένα μέλη τῶν στρατιωτῶν ὁρῶντες, πο-

4. οὔτε ἐπὶ τὸν λόγον ἡγεῖτο f. 6. μηνὸς om. a. 7. ὑποστρέψας vulg. 9. Σάϊν a, Σάκῳ e. 15. ἐκδικῆσαι a f, ἐκζητῆσαι vulg. 18. φόνων a f, φόβων vulg.

pacem amplecteretur, aut certe quam citius in Persidem irrupturum se praestolaretur. at Chosroës neque pacis sermones admisit, et Heraclii minas pro nihilo habendas duxit, qui eum in Persiam propius accedere non ausurum speraret. imperator itaque mensis Aprilis die vigesimo in Persiam irruptionem fecit: quod ubi rescivit Chosroës, Sarbarazam revocat, et collectis ex universa Perside copiis, iisque Sai duci commissis, quam citius Sarbarazae adiungeret se, ut viribus unitis in imperatorem progrederentur, edixit. Heraclius autem vocato ad allocutionem exercitu, verbis ad suadendum aptis animos eorum excitaturus: viri, fratres, inquit, dei timorem in animum inducamus, et eius iniurias ulcisci contendamus. stemus animo forti in hostes, a quibus hucusque Christiani tot adversa perpessi. Romani imperii maiestatem hucusque indomitam barbaris succumbere pudeat nos, et hostibus arma impia tractantibus invictum pectus opponamus. fide mortis ac metus omnis triumphatrice accingamur. in Persicae ditionis meditullio consistere nos contemplemur, et quantum periculum fuga secum vehat. corruptas virgines nostras ulciscamur: visis

νήσωμεν τὰς καρδίας. οὐκ ἔστιν ὁ κίνδυνος ἄμισθος, ἀλλὰ
τῆς αἰωνίου δόξης πρόξενος. στῶμεν ἀνδρείως, καὶ κύριος
ὁ θεὸς συνεργήσει ἡμᾶς, καὶ ὀλέσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν.
ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα τοῦ βασιλέως παραινέσαντος τῷ λαῷ,
ἀπεκρίθη αὐτῷ εἷς ὑπὲρ πάντων· ἥπλωσας ἡμῶν τὰς καρ-
δίας, δέσποτα, τὸ σὺν πλατύνας ἐν παραινέσει στόμα. ὤξυ- V. 215
ναν οἱ λόγοι σου τὰ ξίφη ἡμῶν, καὶ ἔμψυχα ταῦτα εἰργά-
σαντο. ἀνεπτέρασας ἡμᾶς διὰ τῶν λόγων. ἐρυθριῶμεν ἐν ταῖς D
μάχαις προάγοντα ἡμῶν σε ὁρῶντες, καὶ ἑπόμεθα ἐν πᾶσι
τοῖς σοῖς κελεύμασι. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναλαβὼν τὸ στράτευμα,
εὐθὺς ἐν τῇ ἐνδοτέρᾳ Περσίδι διεχώρησεν, πυρὶ καταφλέγων
τὰς χώρας καὶ τὰς κώμας· καὶ γίνεταί τι θαῦμα φοβερόν.
ἐν γὰρ τῇ θερινῇ τροπῇ ἀὴρ γέγονε δροσώδης, ψυχαγωγῶν
τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατόν, ὥστε ἀγαθὰς ἐλπίδας ἀναλαβεῖν
αὐτούς. ἀκούσας δὲ Ἡράκλειος, ὅτι Χοσρόης ἐν Γαζακῷ τῇ
πόλει ἐστὶν σὺν τεσσαράκοντα χιλιάσιν ἀνδρῶν πολεμιστῶν,
ὥρμησεν κατ' αὐτοῦ· καὶ προπέμψας τινὰς τῶν ὑπ' αὐτοῦ P. 258
Σαρακηνῶν συναντῶσι τῇ τοῦ Χοσρόου βίγλᾳ, καὶ τούτων
τοὺς μὲν ἀνεῖλον, τοὺς δὲ πεδήσαντες σὺν τῷ στρατηγῷ αὐ-
τῶν τῷ βασιλεῖ προσήνεγκαν. τοῦτο μαθὼν Χοσρόης καταλι-

8. fort. ἀνεπτέρωσας. 9. προάγοντα] προήγοντα vulg. 18. Σαρακηνοὺς vulg. σὺν αὐτῷ τῇ τοῦ Χοσρ. f. 19. ἀνεῖλεν vulg.

commilitonum nostrorum membris foede truncatis, qua decet, cordis compassione eos prosequamur. periculum mercede haud vacat, quin immo perpetuae gloriae coronam promeretur. fortiter itaque geramus nos, suppetias dabit deus, nostrosque delebit inimicos. his et aliis similibus imperatori exercitus animos provocanti, unus e turba omnium vice respondit: dilatasti gaudio corda nostra, domine, ubi os ad orandum et suadendum reclusisti. acuerunt gladios sermones tui, animum etiam armis nostris loquela tua fecit. alas certe verbis addidisti. erubescimus tantum te exercitum praecedere, et periculis obiici: et ob id maxime iussis tuis omnibus semper parebimus. ita imperator exercitu educto, in mediam ipsam Persidem velocissime penetravit, et obvias quasque urbes et vicos igne devastavit. tum vero insuetum omnino et horrore dignum miraculum fieri contigit. circa aestivam quippe solis conversionem roridus ac temperatus aer redditus adeo Romanum recreavit exercitum, ut ex eo felicis eventus sequuturi faustam spem conciperent. atque ita audiens Heraclius, ad Gazacum civitatem cum armatorum 40 millibus Chosroëm adesse, recta ad eum contendit. Saraceni vero quidam sub eo militantes ad

πῶν τὴν πόλιν καὶ τὸ στράτευμα, φυγῇ ἐχρήσατο. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἐπιδιώξας, τοὺς μὲν φθάσας ἀνεῖλεν, οἱ δὲ λοιποὶ φυγόντες διεσκεδάσθησαν· καὶ καταλαβὼν ὁ βασιλεὺς τὴν Γαζακοῦ πόλιν ἐν τῇ ἀνατολῇ, ἐν ᾗ ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τοῦ Πυρὸς καὶ τὰ χρήματα Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως, καὶ ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων, ταῦτα λαβὼν ἐπὶ Δασταγέρδι χωρεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπάρας ἀπὸ Γαζακοῦ καταλαμβάνει τὴν Θηβαρμαΐς·
B καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ πυρὶ ἀνήλωσεν τὸν τοῦ Πυρὸς ναόν, καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν πυρὶ ἀναλώσας κατεδίωκεν ὀπίσω Χοσρόου ἐν τοῖς στενοῖς τῶν Μήδων χωρίοις, καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσχωρίαις τόπον ἐκ τόπου ὁ Χοσρόης ἤμειβεν· καὶ ὁ Ἡράκλειος τοῦτον διώκων πολλὰς πόλεις ἐπόρθησεν καὶ χώρας. χειμῶνος δὲ καταλαβόντος, βουλὴν ἐποιήσατο τοῦ παραχειμάσαι μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· καὶ οἱ μὲν ἔφασκον ἐν Ἀλβανίᾳ, οἱ δὲ κατ' αὐτὸν εἰσβαλεῖν τὸν Χοσρόην. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκέλευσε τὸν λαὸν ἁγνίζεσθαι τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἀνοίξας τὰ τοῦ θεοῦ εὐαγγέλια, εὗρεν ἐπιτρέποντα αὐτῷ ἐν Ἀλβανίᾳ παραχειμάσαι. εὐθέως οὖν ἐπιτρέψας, ὥρμησεν ἐν Ἀλβανίᾳ. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ ἔχων πολλὴν αἰχμαλωσίαν
C τῶν Περσῶν σὺν αὐτῷ, οὐκ ὀλίγας ἐπιδρομὰς ὑπὸ τῶν Περ-

10. χώρας b f. ἐν vulgo deest. 20. τῶν add. ex a f, ὑπὸ τῶν Περσῶν f.

praecurrendum praemissi, Chosrois excubitoribus obviam facti, eos partim trucidant, partim vinculis mancipatos cum duce ad imperatoris conspectum adducunt. audiens hoc Chosroës, deserta urbe et exercitu, celeri fuga salutem quaerit. insequitur Heraclius, et fugitivorum quosdam assequutus, interficit, alios pedum celeritate sibi ereptos passim dissipat. Gazacum subinde orientis civitatem, in qua Ignis erectum templum, divitiae Croesi Lydorum regis repositae, et carbonum impostura recondita, occupat: quibus sublatis Dastagerdem perrexit. porro imperator Gazaco relicta, Thebarmaes accedit, et in urbem ingressus Ignis templum cum universa civitate igne consumpsit: inde vero Chosroëm a tergo per angusta Medorum loca insequutus est, qui per has oberrans angustias ex uno loco subinde ad alium transmigrabat. Heraclius autem hunc persequens multa oppida camposque diripuit. sed cum hieme ingruente de hibernis cum exercitu deliberaret, alii in Albania hiemandum, alii vero contra ipsum Chosroëm pergendum esse censebant. imperator autem cum expiationem ac sanctimoniam universo exercitui per dies tres continuos indixisset, apertis dei evangeliis, invenit sibi significari, ut in Albania hiemaret. quamobrem continuo iter convertens in Albaniam contendit. in itinere porro cum ingentem Persarum, tam divitiarum, quam

σικῶν στρατευμάτων ἐδέχετο· αὐτὸς δὲ τῇ τοῦ θεοῦ συνεργείᾳ νίκην κατὰ πάντων ἤρατο. χειμῶνος δὲ σφοδροῦ ἐπιπεσόντος αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ καὶ κρύους, φθάσας αὐτὸς ἐν Ἀλβανίᾳ πεντήκοντα χιλιάδας δεσμίους ἔχων, τούτους τῇ εὐσυμπαθήτῳ αὐτοῦ καρδίᾳ ἐλεήσας τῶν δεσμῶν ἔλυσεν, καὶ ἐπιμελείας καὶ ἀναπαύσεως μετεδίδου· ὥστε πάντας μετὰ δακρύων τούτῳ ηὔχοντο ῥύστῃ γενέσθαι καὶ τῆς Περσίδος τὸν κοσμόλεθρον ἀνελόντι Χοσρόην.

Δεύτερον ἔτος Ἀμέδ. D

Τούτῳ τῷ ἔτει Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Σα- A.M. 6115
ραβλαγᾶν προεβάλετο στρατηγὸν ἄνδρα [στρατηγόν, καὶ] τύφῳ
πολλῷ ἐπηρμένον· καὶ παραδοὺς αὐτῷ στρατὸν τοὺς λεγομένους
Χοσροηγένας καὶ Περοζίτας ἐν Ἀλβανίᾳ ἔστειλεν κατὰ Ἡρα-
κλείου. εἰσβαλόντες δὲ εἰς τὰ ἄκρα τῆς Ἀλβανίας, οὐκ ἐθάρ-
ρησαν κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως πρὸς πόλεμον στῆναι· V. 206
ἀλλὰ τὰς εἰς Περσίδα ἀγούσας κλεισούρας ἐκράτησαν, νομί-
ζοντες τοῦτον λοχῆσαι. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἅμα ἔαρι ἀπάρας
τῆς Ἀλβανίας δι' ὑπτίων πεδίων, καὶ τὰς τροφὰς δαψιλῶς P. 259
εὐπορούντων τὴν πάροδον ἐποιεῖτο εἰς Περσίδα, εἰ καὶ μή-
κους διάστημα πολλῇ ὁδῷ ἦγεν. ὁ δὲ Σαραβλαγᾶς διὰ στε-

7. ῥύστην vulg., μύστην b. 10. Σαραβλάγγαν f. 11. ἄνδρα στρατηγόν: haud dubie corruptum; sed incertum quid reponendum sit. 13. Χοσροηγέτας alii codd. Περοζίτην vulg.

captivorum praedam secum abduceret, multas incursiones a Persicis copiis passus est: sed deo opitulante victor ubique evasit. cum autem hiems rigidior ac gelu eos in itinere vexasset: ipse ubi in Albaniam devenit, Persas quos ad quinquaginta millia captivos secum ducebat, pro innata sibi misericordia a vinculis solvit, ipsosque, qua potuit, corporis cura et medela refecit, ita ut omnes in lacrimas effusi, votis pro eo conceptis exoptaverint, ut perniciosa illa totius orbis peste Chosroë occiso, ipse universae demum Persiae liberator evaderet.

Amed annus secundus.

Hoc anno Persarum rex Chosroës Sarablagam virum strenuum et A.C. 615
Martio fastu tumentem ducem instituit, et exercitu Chosroëgenarum
sic vocato ei commisso, simul cum Perozite adversus Heraclium in
Albaniam misit. Albaniae vero fines ingressi ad imperatorem comi-
nus accedere, vel ad eius conspectum sub armis stare nusquam ausi
sunt: verum insidias ei praestruere consiliati, montium angustias, qui-
bus ad Persiam iter, occupare sibi satis esse putaverunt. Heraclius
autem per amplas supinasque camporum planities, ex quibus uberem

νῆς ὁδοῦ, ὡς διὰ συντόμου ἤλαυνεν, τοῦ προλαβεῖν αὐτὸν ἐν τῇ χώρᾳ Περσίδος. ὁ Ἡράκλειος δὲ παρῄνει τῷ λαῷ λέγων· ἔγνωμεν, ἀδελφοί, ὡς ἡ στρατιὰ τῶν Περσῶν ἐν τοῖς δυσβάτοις τόποις πλανωμένη, τούς τε ἵππους αὐτῆς παραλύει καὶ αὐτοὺς ἐκνευροῖ. ἡμεῖς δὲ σπεύσωμεν κατὰ Χοσρόου χωρῆσαι ἐν πολλῷ τάχει, ὥστε ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου ἐπιπεσόντες αὐτὸν θορυβήσωμεν. ὁ δὲ λαὸς οὐ συνεβουλεύετο τοῦτο ποιῆσαι, μάλιστα οἱ τῶν Λαζῶν καὶ τῶν Ἀβασγῶν καὶ τῶν Ἰβήρων σύμμαχοι. ἐντεῦθεν ἐν συμφοραῖς περιπίπτουσι. κατέ-
B λαβε γὰρ Σαρβαραζᾶς μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ οὓς ἐξώπλιζεν Χοσρόης πάσῃ δυνάμει, καὶ ἀπέστειλεν κατὰ Ἡρακλείου διὰ τῆς Ἀρμενίας. Σαραβλαγᾶς δὲ ἠκολούθει ἐκ τῶν ὄπισθεν αὐτοῦ, καὶ οὐ συνέβαλεν αὐτῷ ἐκδεχόμενος ἑνωθῆναι τῷ Σαρβαραζᾷ, καὶ οὕτω τὸν πόλεμον συστήσασθαι. γνόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἔφοδον τοῦ Σαρβαραζᾶ εἰς δειλίαν ἐτράπησαν, καὶ τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως προσέπεσον δάκρυσι μετανοοῦντες διὰ τὴν κακῶς γενομένην αὐτῶν παρακοήν, γνόντες οἷον κακόν ἐστι δοῦλον μὴ εἴκειν τοῖς τοῦ δεσπότου βουλεύμασι· καὶ ἔλεγον· τὴν χεῖρά σου, δέσποτα, πρὶν ἀπολέσαι ἡμᾶς τοὺς
C ἀθλίους· εἴκομεν γάρ σοι, ἐν οἷς ἂν κελεύῃς. τότε ὁ βασι-

6. ἀπροσδοκήτους vulg. 9. περιπεπτώκασι f. 20. κελεύεις vulg.

colligebat commeatum, ex Albania simul cum ineunte vere solvens iter in Persiam agebat, licet ob locorum distantiam longiori mora perficere cogeretur. at Sarablagas, quo imperatorem praeverteret, per viam angustam velut magis compendiariam in Persiam procedere statuit. Heraclius proinde verbis istiusmodi exercitum animabat: Persarum exercitum imperviis locis nunc errantem equos penitus defatigare ac viribus exhaurire novimus, fratres: quamobrem Chosroëm aggredi cum multa celeritate festinemus, ut ex improviso irruentes, eum in metum et fugam coniiciamus. exercitus porro, ex Lazis maxime, Abasgis et Iberis socii consilium huiusmodi exequi aversabantur, ex quo demum ingens suborta calamitas. Sarbarazas enim iis quas instruxerat Chosroës copiis adiunctus, simul cum reliquis suis agminibus per Armeniam adversus Heraclium incessit. Sarablagas porro imperatorem pone sequutus, ad congressum non descendit: Sarbarazae quippe adiungere se studebat, atque ita bellum committere. Romani cognito Sarbarazae adventu metu percelluntur, et malae admissae contumaciae poenitentes, quantum malum sit servum domini consiliis non parere fassi, ad imperatoris pedes cum lacrimis procidunt: et, dexteram tuam, inquiunt, domine porrige osculandam pri-

λεὺς ἔσπευσεν συμβαλεῖν τῷ Σαραβλαγᾷ, πρὶν ἑνωθῆναι τῷ λαῷ τοῦ Σαρβαραζᾶ· καὶ πολλὰς ἐκδρομὰς κατ' αὐτοῦ ποιησάμενος ἐν νυκτί τε καὶ ἡμέρᾳ, εἰς δειλίαν αὐτὸν κατέστησεν· καὶ ὄπισθεν ἐάσας τοὺς ἀμφοτέρους κατὰ Χοσρόου μετὰ σπουδῆς ἤλαυνεν. αὐτομολοῦσι δὲ δύο τῶν Ῥωμαίων πρὸς τοὺς Πέρσας, καὶ πείθουσιν αὐτοὺς ἐκ δειλανδρείας φεύγειν τοὺς Ῥωμαίους. ἦλθεν δὲ αὐτοῖς καὶ φήμη ἑτέρα, τὸν Σάην στρατηγὸν Περσῶν καταλαμβάνειν μεθ' ἑτέρου στρατεύματος εἰς βοήθειαν· καὶ τοῦτο μαθόντες Σαρβαραζᾶς καὶ Σαραβλαγᾶς ἠγωνίσαντο προσβαλεῖν τῷ Ἡρακλείῳ πρὸς πόλεμον, D πρὶν ἢ φθάσαι τὸν Σάην, καὶ τῆς νίκης ἑαυτῷ μετενεγκεῖν τὸ κλέος. πιστεύσαντες δὲ καὶ τοῖς αὐτομόλοις, ἐχώρησαν κατὰ Ἡρακλείου· καὶ πλησιάσαντες αὐτῷ ἡπλίκευσαν, βουλόμενοι ἅμα τῷ πρωῒ συμβαλεῖν. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἀπάρας ἀπὸ ἑσπέρας, ὥδευσεν δι' ὅλης τῆς νυκτός· καὶ μακρὰν γενόμενος ἀπ' αὐτῶν εὑρών τε πεδίον χλοηφόρον ἡπλίκευσεν ἐν αὐτῷ. οἱ δὲ βάρβαροι νομίσαντες ἐκ δειλίας φεύγειν, ἀκόσμως ἤλαυνον τοῦ καταλαβεῖν αὐτούς. αὐτὸς δὲ ὑπαντήσας αὐτοῖς ἐκρότησε πόλεμον κατ' αὐτῶν. καταλαβὼν δὲ βουνόν τινα ἀλσώδη καὶ ἐπισωρεύσας τὸν λαὸν αὐτοῦ, τῇ

12. *πιστεύσαντες δὲ*: h. l. A in ordinem redit. 15. *καὶ μακρὰν γενόμενος ἀπ' αὐτῶν* add. ex A. 16. *εὑρόντες* f. 19. *αὐτοὺς* A, *αὐτὸν* vulg.

usquam miseri pereamus: tibi etenim ad placitum obsequi parati sumus. tunc imperator Sarablagae, antequam Sarbarazae exercitui adiungeretur, inita pugna vires experiri tentat, crebrisque tum noctu tum interdiu factis in eum excursionibus, in metum et animi molestiam coniicit. tum utroque post se relicto celeri gressu adversus Chosroëm contendit. duo vero milites Romanis partibus desertis ad Persas transfugientes, eos ex metu fugae se dedisse persuadent. sed et alius rumor ad Persas delatus, Saem nimirum ducem cum altero exercitu suppetias venire. audito nuncio Sarbarazas et Sarablagas cum Heraclio ad pugnam descendere properabant, priusquam nimirum Saës adveniret, et victoriae gloriam omnem ad se transferret. quare data desertoribus fide, adversus Heraclium progressi sunt: et iam proximi castra metati sunt, simul cum sequenti luce manus committere decernentes. Heraclius sub vesperam inde solvens, tota nocte itinere confecto, mox campo virenti invento, in eo castra applicuit. barbari fuga salutem quaerere rati, nullo servato ordine, ut eum assequerentur, procurrebant: tum ipse facie in eos versa, acre cum iis iniit praelium. cum enim collem quendam nemorosum occupasset, exer-

P. 260 τοῦ θεοῦ συνεργείᾳ τρέπει τοὺς Πέρσας, καὶ τούτους διὰ φαράγγων διώξας, πλῆθος πολὺ ἀνεῖλεν. καὶ τούτων μεταξὺ τῶν ἀγώνων ὄντων, ἔφθασεν καὶ ὁ Σάην σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ, καὶ τοῦτον τρεψάμενος ὁ βασιλεύς, καὶ πολλοὺς ἐξ αὐτῶν ἀνελών, τοὺς λοιποὺς διέσπειρε φεύγοντας· παρέλαβε δὲ καὶ τὸ τοῦλδον αὐτῶν. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς ἑνωθεὶς τῷ Σάην ἐπεσύναξεν τοὺς σωθέντας βαρβάρους· καὶ πάλιν διενοοῦντο κατὰ Ἡρακλείου χωρεῖν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν τῶν V. 107 Οὔννων χώραν καὶ τὰς τούτων δυσχωρίας ἤλαυνεν, ἔν τε τραχέσι τόποις καὶ δυσβάτοις. οἱ δὲ βάρβαροι ὀπίσω αὐτῶν B ἠκολούθουν. οἱ δὲ Λαζοὶ ἅμα τοῖς Ἀβασγοῖς δειλιάσαντες, ἀπέσπασαν ἑαυτοὺς τῆς τῶν Ῥωμαίων συμμαχίας, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ἀνεχώρησαν. ὁ δὲ Σάην ἡσθεὶς ἐπὶ τούτῳ, θυμῷ πολλῷ σὺν τοῖς βαρβάροις ἐχώρει κατὰ Ἡρακλείου. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπισυνάξας τὸν στρατὸν λόγοις ἀνεπτέρωσεν, καὶ παραινέσει τούτους εἴληφε, λέγων· τὸ πλῆθος ὑμᾶς, ἀδελφοί, μὴ ταραττέτω. θεοῦ γὰρ θέλοντος, εἷς διώξει χιλίους. θύσωμεν οὖν τῷ θεῷ ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν σωτηρίας. λάβωμεν στέφος μαρτύρων, ἵνα καὶ ὁ μέλλων ἡμᾶς

1. τοὺς βαρβάρους A. 2. φαράγγων A, φάραγγας vulg. 3. σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρ. A, σὺν τῷ σιρ. αὐτοῦ vulg. 4. τρεψάμενος A, τρέψας vulg. 9. τας τούτων δυσχωρίας A, ταῖς αὐτῶν δυσχωρίαιις vulg. 12. τῶν add. ex A. 15. ἀνεπτέρωσεν A, ἀνεπέρρωσεν vulg. 16. παραινέσει A, παραινέσεσι vulg. 19. ἵνα καὶ ὁ A, ἵνα ὁ vulg.

citu in eum agglomerato, dei nutu Persas in fugam adigit, ipsosque per convalles insequutus, magnam stragem edidit. porro durante hoc certamine, cum Saës cum exercitu supervenisset, eo in fugam verso, magnaque illius exercitus parte caesa, reliquos palantes dissipavit, et eorum omnia cepit impedimenta. Sarbarazas subinde Sai adiunctus barbaros e praelio superstites colligebat, ac uterque de Heraclio compositis viribus aggrediendo commune consilium iniit. verum imperator per Unnorum provinciam, viarumque molestias, et aspera inaccessaque eorum loca iter agere: et barbari eum a tergo insequi. hic Lazi una cum Abasgis periculo deterriti, violata societate, et a Romano exercitu divulsi, in propriam regionem secessere. Saës Romana calamitate laetior redditus, animis resumptis in Heraclium cum barbaris erumpit. imperator ex adverso collectum exercitum verbis corroborare, et militum animos monitis istiusmodi delinire: hostium numerus plane ingens nusquam vos, fratres, terreat: deo enim ita volente, Romanus vel unicus mille adversarios fugabit. pro fratrum nostrorum salute nosmetipsos deo immolemus. coronas martyrum as-

χρόνος ἐπαινέσῃ, καὶ ὁ θεὸς τοὺς μισθοὺς ἀποδώσῃ. τούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσι λόγοις παραθαρσύνας τὸν στρατόν, φαι- C δρῷ τῷ προσώπῳ παρατάττει τὸν πόλεμον, καὶ στάντες ἀπ' ἀλλήλων ἀπὸ μικροῦ διαστήματος, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας ἀλλήλοις συνέβαλλον. ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης ὁ βασιλεὺς τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. οἱ δὲ βάρβαροι πάλιν ὀπίσω αὐτοῦ ἤλαυνον. ἐναλλάξαντες δὲ τὴν ὁδόν, καὶ τοῦτον προλαβεῖν θελήσαντες, ἐμπίπτουσιν εἰς τόπους τελματώδεις, καὶ πλανῶνται καὶ εἰς μεγάλον κίνδυνον ἦλθον. ὁ δὲ βασιλεὺς διαβὰς τὰ μέρη Περσαρμενίας παρέτρεχεν. τῆς δὲ γῆς ἐκείνης ὑπὸ Περσῶν κρατουμένης, πολλοὶ συνέτρεχον τῷ Σαρβαραζᾷ, καὶ ἐπηῦξεν τὸν ἑαυτοῦ λαόν. χειμῶνος δὲ γεγονότος, ἐσκορπίσθη τὸ πλῆθος ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις. τοῦτο δὲ ὁ Ἡράκλειος D μαθών, διανοεῖται ἐν νυκτὶ κλέψαι τὸν πόλεμον· καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπικειμένου, καὶ ὑποψίας μηδεμιᾶς οὔσης τῷ βαρβάρῳ, διαλεξάμενος ἵππους εὐσθενεῖς, καὶ τοῦ στρατοῦ τοὺς ἀνδρειοτέρους διχῇ ὁπλίσας, τοὺς μὲν προάγειν ἐκέλευσεν κατὰ τοῦ βαρβάρου· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἑτέροις ὀπίσω τούτων εἵπετο. σπεύσαντες δὲ διὰ τῆς νυκτός, κατέλαβον τὸ

1. ἀποδώσῃ. τούτοις A, ἀποδώσει τούτοις. vulg. 4. ἕως] μέχρις A. 9. εἰς μέγαν κ. A, v. p. 472, 19. 10. τὰ μέρη τῆς Ἀρμ. e. 12. ἐπηῦξει vulg. 13. τόποις] πρὸς τὸ ἀναπαύεσθαι A. 15. τῷ Σαρβάρῳ A, τῶν βαρβάρων e. 19. κατέλαβον A, καὶ καταλαβόντες vulg.

sequamur: ita nos laudibus complebunt posteri, et factis nostris mercedem deus rependet. pluribus etiam aliis exercitu animato, imperator alacri iam facie agmina componit pugnae. constiterunt adversariae acies exiguo seiunctae spatio, a mane usque ad vesperam, nec signa contulerunt. vespera autem ingruente, imperator iter iniit, barbaris rursum a tergo eum insequentibus. eum vero immutata via praevertere meditati, in palustria loca prolapsi palantesque in magno discrimine versati sunt. imperator inde digressus, Persarmeniae partes obibat: e regione autem illa, quae nimirum Persarum ditioni subiecta est, plures ad Sarbarazam confluxerunt, ex quibus ipse copias et exercitum auxit: sed cum hiems appeteret, huiusmodi multitudo in proprias sedes et domos dispersa est. ea re cognita, bello nocturno inimicos furtim lacessere meditatur Heraclius. itaque cum saeva hiemis tempestas incumberet, nulla de se barbaro suspicione iniecta, robustiores equos et milites viribus praestantiores selectos et armis instructos in duas acies dividit, et hanc quidem barbarum impetituram iussit praecedere: ipse cum altera pone sequi instituit. itinere celeri gressu per noctem confecto, hora noctis eiusdem nona

χωρίον Σαλβανῶν, ὥρᾳ τῇ θ' τῆς νυκτός, Περσῶν ἐν αὐτῷ
ὄντων καὶ γνόντων τὴν ἔφοδον, οἳ καὶ διαναστάντες ὥρμησαν
κατ' αὐτῶν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τούτους πάντας ἀνεῖλον πλὴν
P. 261 ἑνός, ὅστις τῷ βαρβάρῳ ἐμήνυσεν. ὁ δὲ βάρβαρος ἀναστάς,
καὶ ἐπιβὰς ἵππῳ, γυμνός τε καὶ ἀνυπόδητος, φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐποιήσατο. τούτου δὲ τὰς γυναῖκας, καὶ πᾶν τὸ Περσικὸν ἄνθος ἄρχοντάς τε καὶ σατράπας καὶ στρατιώτας ἐπιλέκτους καταλαβὼν ἀνελθόντας ἐν ταῖς τῶν οἴκων στέγαις καὶ πόλεμον κροτοῦντας διὰ τοῦ πυρὸς καθεῖλεν· καὶ οὓς μὲν ἔκτεινεν, οὓς δὲ πυρὶ ἀνήλωσεν, ἄλλοι δὲ χειροπέδαις ἐδεσμήθησαν καὶ μικροῦ δεῖν οὐδεὶς ἐκτὸς Σαρβαραζοῦ ἐσώθη. ἔλαβον δὲ καὶ τὰ ὅπλα τοῦ Σαρβαραζοῦ χρυσῆν ἀσπίδα τε καὶ μάχαιραν καὶ δόρυ καὶ τὴν διάλιθον καὶ χρυσῆν ζώνην καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ· καὶ ταῦτα πάντα λαβὼν χωρεῖ κατὰ τῶν διε-
B σπαρμένων αὐτοῖς χωρίοις, οἵτινες μαθόντες τὴν τοῦ Σαρβαραζοῦ φυγήν, ἀκρατῶς ἔφυγον. αὐτὸς δὲ διώξας πολλοὺς αὐτῶν ἔκτεινεν, καὶ δεσμίους ἔλαβεν καὶ οἱ λοιποὶ μετ' αἰσχύνης ἐν Περσίδι ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπισυνάξας τὸ ἑαυτοῦ στρατόπεδον, μετὰ χαρᾶς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις παρεχείμασεν.

1. Σαλβανῶν A, Σαλβανὸν vulg. 6. ἐποιήσατο A b, ἐπορίσατο vulg. 8. καταλαβὼν A, ἀναλαβὼν vulg. 10. καὶ μικροῦ — — ἐσώθη add. ex A. 14. ταῦτα add. ex A. 15. αὐτοῖς] αὐτῶν A, ἐν τοῖς vulg.

Salbanum oppidum perveniunt. una Persae loco eodem reperti, Romanorum adventu cognito, stratis exurgentes in Romanos incurrunt. Romani vero eos omnes occiderunt praeter unum, qui cladis nuncius ad barbarum venit. quare barbarus loco celerius relicto, nudus et discalceatis etiamnum pedibus, equum conscendens fuga salutem sibi comparavit. huius uxores et Persicum omnem florem, principesque et satrapas, et delectos milites cum super tecta domorum ascendisse ac defensionem inde moliri conspiceret, igne coniecto disturbavit: et quosdam quidem occidit, alios cremavit, alios denique manicis et compedibus vinctos in captivitatem abduxit. cepit etiam arma Sarbarazae, clypeum aureum, machaeram, hastam, et zonam auro gemmisque ornatam, nec non eius calceamenta. iis omnibus sublatis, adversus caeteros, qui huc et illuc palantes vagabantur et dispersi erant, contendit. illi fuga Sarbarazae cognita, pari impetu in eam se coniecere. imperator diutius eos insequutus plures eorum delevit, captivos alios abduxit, reliquos cum dedecore in Persiam coegit redire: ac demum proprio exercitu in unum collecto, in iis ipsis locis hilariter hiemavit.

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Μαρτίῳ α΄ ἐπισυνάξας ὁ βασι- A.M. 6116
λεὺς Ἡράκλειος τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα βουλὴν ἐποιεῖτο, ποίᾳ V. 208
ὁδῷ πορευθῇ, δύο γὰρ ὁδοὶ αὐτῷ προέκειντο στεναὶ καὶ δύσ-
βατοι· ἡ μὲν ἐπὶ Τάραντον φέρουσα, ἡ δὲ ἐπὶ τὴν τῶν
Σύρων γῆν. καὶ ἡ μὲν ἐπὶ Τάραντον διαφορωτέρα μὲν
ἦν, ἀλλ' ἀπορίαν εἶχεν τῶν τροφῶν πασῶν· ἡ δὲ ἐπὶ τὴν
τῶν Σύρων τὸν Ταῦρον ὑπερβαίνουσα τὴν εὐπορίαν τε καὶ
δαψίλειαν τῶν τροφῶν παρεῖχεν. ταύτην συγκρίνουσι πάντες,
εἰ καὶ ἀποτομωτέρα καὶ χιόνι πολλῷ κατεχομένη ὑπῆρχεν. D
ταύτην δὲ κόπῳ πολλῷ ὑπερβάντες, ἑπτὰ ἡμέραις καταλαμ-
βάνουσι τὸν Τίγριν ποταμόν· καὶ τοῦτον περάσαντες κατα-
λαμβάνουσι τὴν Μαρτυρόπολιν, καὶ τὴν Ἄμιδαν· καὶ ἀνα-
παύονται ὅ τε στρατὸς καὶ ἡ αἰχμαλωσία. ἐντεῦθεν καὶ γράμ-
ματα ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ Βυζάντιον ἠδυνήθη ἀποστεῖλαι, καὶ
τὰ καθ' ἑαυτὸν πάντα δηλῶσαι, καὶ χαρὰν πολλὴν ἐμποιῆσαι
τῇ πόλει. ὁ δὲ βάρβαρος ἐπισυνάξας τὸν ἑαυτοῦ διασπαρέντα
λαόν, ἐπῆλθεν κατ' αὐτοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιλεξάμενος ἐπι-
λογὴν στρατιωτῶν, ἀπέλυσε φυλάττειν τὰς πρὸς αὐτὸν ἀγού-
σας κλεισούρας· καὶ τὰς πρὸς ἀνατολὴν αὐτὸς ἐκδραμὼν P. 262
διεξόδους, ἀντιπρόσωπος ᾔει τῷ βαρβάρῳ, καὶ περάσας τὸν

2. ἐποιεῖτο, ποίᾳ A, ἐπ., τὸ ποίᾳ vulg. 3. στεναὶ καὶ A, στεναί τε καὶ vulg. 4. καὶ ἐπὶ Ταρ. διαφορ. ἐστὶν A f. 5. ἀπορίαν — — — ὑπερβ. τὴν om. A. 7. εὐπορείαν vulg. 10. ἑπτὰ ἡμέραις A, διὰ ἑπτὰ ἡμερῶν vulg. 11. τὸν Τίγριν — — — καταλαμβ. om. A f. 12. διαναπ. A. 13. καὶ γράμματα ὁ βασ. A, δὲ ὁ βασ. γράμμ. vulg. 16. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς a, ὁ δὲ Σάρβαρος f.

Hoc anno mensis Martii die primo imperator Heraclius collecto A. C. 616
exercitu universo, qua sibi procedendum via, consilium inivit. geminae namque obiiciebantur oculis angustae sane et difficiles: haec quidem Tarantum, alia in Syrorum règionem ducens. et quae Tarantum quidem, brevior, at ciborum omnium penuria laborabat; quae ferebat in Syriam, ubi Tauri montis culmina superasset, annonae copiam, generisque omnis victum largissime suppeditabat. hanc quamvis asperiorem et nivibus obsitam cuncti decernunt capessendam. eam itaque summo labore dierum septem spatio emensi, ad Tigrim fluvium devenere; quo demum traiecto Martyropolim, et inde Amidam devenere: ibi exercitus omnis et captivorum turba substitit. quin etiam inde litteras Byzantium mittendas et quae gessisset cuncta significanda imperator occasionem nactus decrevit: ex quo Byzantina civitas ingenti gaudio perfusa. barbarus autem dux collecto suo omni exercitu, impressionem in eum fecit. imperator selectos militum manipulos, qui montium angustias et vias ad se ducentes defenderent, misit. ipse per exitus, quibus in orientem itur, egressus barbaro in adversum

Νυμφίον ποταμὸν κατέλαβεν τὸν Εὐφράτην, ἐν οἷς τὴν πλεκτὴν γέφυραν ἐκ σχοινίων τε καὶ ἡνίων. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς τῆς γεφύρας τὰ σχοινία λύσας μιᾶς ὄχθης ἐπὶ τὴν ἑτέραν πᾶσαν τὴν γέφυραν μετήγαγεν. ἐλθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ εὑρὼν περᾶσαι διὰ τῆς γεφύρας, παραδραμὼν εὗρε πόρον· καὶ ἀκινδύνως τοῦτον ἐπέρασεν παραδόξως τῷ Μαρτίῳ μηνί· καὶ καταλαμβάνει τὰ Σαμόσατα· καὶ πάλιν τὸν Ταῦρον ὑπερβὰς, εἰς Γερμανίκειαν ἀφίκετο· καὶ περάσας τὴν Ἄδανα, ἦλθεν πρὸς τὸν Σάρον ποταμόν. ὁ δὲ Σάρβαρος πάλιν τὴν γέφυραν εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἐκτείνας, τὸν Εὐφράτην B ἐπέρασεν ἀνεμποδίστως· καὶ ἠκολούθει ὀπίσω αὐτοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς περάσας τὴν γέφυραν τοῦ Σάρου, καὶ εὑρὼν ἀνάπαυσιν τοῦ τε στρατοῦ καὶ τῶν ἀλόγων, ἐν αὐτῷ ἀπλικεύσας διανέπαυσεν αὐτούς. καταλαμβάνει δὲ καὶ ὁ Σάρβαρος εἰς τὸ ἀντίπερα μέρος. εὑρὼν δὲ τὴν γέφυραν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ προπύργια ὑπὸ Ῥωμαίων κρατηθέντα, ἠπλίκευσεν. ἐκτρέχοντες δὲ διὰ τῆς γεφύρας πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ἀτάκτως τοῖς Πέρσαις προσέβαλον· καὶ πολλὴν συγκοπὴν αὐτοῖς ἐποίησαν· ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους διεκώλυσεν ἀτάκτως ἐκθέειν, μήπως ὁδὸς γένηται τοῖς ἐναντίοις συνελθεῖν εἰς τὴν

1. Νυμφίον A, Νυμφίων vulg. 2. σχοινῶν vulg. ὁ δὲ Σάρβαρος A a f. 6. παραδόξως add. ex A. 8. Γερμανίκιαν A f. 9. Ἄδαναν f. τὸν Ταῦρον ποτ. a. 10. τόπον] ποταμὸν A. 14. καὶ add. ex A. 17. ἐκτρέχοντες A, ἐντρ. vulg. 18. προσέβαλον A, προσέβαλλον vulg. πολλὴν] πάλιν A b f. 19. διεκώλυσεν A, ἐκώλυσεν vulg.

ibat, et Nymphio amne superato, ad Euphratem pervenit, ubi pons ex funibus et loris stratus fuerat. Sarbarazas autem pontis funibus solutis, ex una ripa ad alteram pontem omnem adduxit. adveniens imperator, nec quo fluvium superaret reperiens pontem, ripam decurrens eamque perscrutatus, vadum, quo transiret, invenit. absque periculo itaque mense Martio flumen traiicit, et Samosata contendit: Tauroque iterum superato, Germaniciam appulit, Adanamque transiens, Sarum flumen attigit. Sarbarus autem ponte proprium in locum restituto Euphratem nullo obiecto impedimento pertransiit, et imperatoris vestigia sequebatur. ipse imperator Sari pontem transgressus, cum exercitui equisque reparandis locum idoneum reperisset, in eo fixis castris quiescere iussit: oppositam fluminis partem Sarbarus occupavit. ponte vero et turribus ad eum propugnandum obiectis a Romano milite detineri visis, ibi castra applicuit. multi porro ex Romanis incomposito agmine per pontem in Persas incurrentes, magnam eorum stragem edidere. imperator contra, ne tumultuario et absque ordine procederent, vetabat, ne adversariis per pontem secum

γέφυραν, καὶ συμπερᾶσαι. ὁ δὲ λαὸς οὐκ ἐπείθετο τῷ βασι-
λεῖ. ὁ δὲ Σάρβαρος ποιήσας ἔγκρυμμα, καὶ δείξας ἑαυτὸν C
ὡς φεύγοντα, εἵλκυσεν πολλοὺς Ῥωμαίους παρὰ γνώμην τοῦ
βασιλέως εἰς δίωξιν αὐτοῦ περᾶσαι· ὑποστρέψας δὲ καὶ τού-
τους τρεψάμενος, ὅσους ἔξω τῆς γεφύρας ἔφθασεν, ἀνεῖλεν
δίκην ὑποσχόντας τῆς παρακοῆς. ὁ δὲ βασιλεὺς ἑωρακὼς
τοὺς βαρβάρους τῇ διώξει τὴν τάξιν λύσαντας, καὶ ἐκ τῶν
ἐφεστώτων Ῥωμαίων τοῖς προπυργίοις ὑπ' αὐτῶν πολλοὺς V.209
ἀναιρουμένους, κατ' αὐτῶν ἐχώρησεν. ἀνὴρ δέ τις γιγαντι-
αῖος τῷ βασιλεῖ συναντήσας, μέσον τῆς γεφύρας προσέβαλεν.
ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτον πατάξας, ἐν τῷ ῥείθρῳ τοῦ ποταμοῦ
ἔρριψεν. τούτου δὲ πεσόντος, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν οἱ βάρ-
βαροι, καὶ τῇ στενώσει τῆς γεφύρας οἱ βάρβαροι εἰς τὸν πο- D
ταμὸν ἑαυτοὺς ἔρριπτον· ἄλλοι δὲ καὶ τοῖς ξίφεσιν ἀνῃ-
ροῦντο· τὸ δὲ πλῆθος τῶν βαρβάρων πρὸς τὰ χείλη τοῦ πο-
ταμοῦ χυθέν, ἐτόξευον καὶ ἀνθίσταντο μὴ ἐῶντες τοὺς Ῥω-
μαίους περᾶσαι. ὁ δὲ βασιλεὺς περάσας γενναίως τοῖς βαρ-
βάροις ἀνθίστατο μετὰ ὀλίγων τινῶν τῆς αὐτοῦ ἑταιρίας ἀγω-
νιζόμενος ὑπὲρ ἄνθρωπον, ὥστε τὸν Σάρβαρον ἐκπλαγῆναι,

2. ἔγκρυμμα A, ἐγκρύμματα vulg. 4. καὶ add. ex A. 7. τὴν add. ex A. 8. ὑπ' αὐτῶν om. A. 9. ἀναιρουμένους A, ἀναιρομένους vulg. 10. προσέβαλεν A, προέβαλεν b f, προσέβαλλεν vulg. 15. χείλη] τείχη A. 16. τοὺς Ῥωμαίους A, τοῖς Ῥωμαίοις vulg. 17. γενναίως A, γενναῖος vulg.

irrumpendi viam facerent, et in adversam ripam deducerent. imperatori exercitus minime obsequutus est. interea Sarbarus, positis in occulto insidiis, ipse simulata inter pugnandum fuga, Romanorum non paucos, etiam imperatore prohibente, ad se persequendum provocavit, et ex improviso conversus insectatos se in fugam egit, et quantos ultra pontem sibi obiectos attigit, universos contumaciae suae poenam passos e medio sustulit. attamen imperator cum barbaros, dum alios persequuntur, ordinem deserere, et eos qui pontis propugnacula et turres defendebant, a Persis occidi videret, adversus Persas irruit. um vero quidam Gigantaeae staturae imperatori obviam factus, eum n medio ponte aggressus est: quem imperator gravi vulnere percusum in amnis fluentum deturbavit, eoque cadente reliqui fugere barbari, et prae pontis angustia se ipsos partim in flumen proiecere, alii gladiis caesi: cum interim reliquus exercitus barbarus ex fluminis ponda sagittas confertim mitterent, fortiterque obsisterent, ne Romani pontem transgrederentur. ast imperator velut strenuus et Marte plenus flumine traiecto validum pectus hostibus opposuit, et cum paucis ex sodalitio facinus vel supra vires humanas edidit, adeo ut ipse arbarus, admiratione perculsus, Cosmae cuidam, qui fidem foeda ad

καὶ Κοσμᾶν τινὰ πλησίον αὐτοῦ ἑστῶτα πρόσφυγα Ῥωμαίων P. 263 μαγαρίτην εἰπεῖν· ὁρᾷς τὸν καίσαρα, ὦ Κοσμᾶ, πῶς θρασὺς πρὸς τὴν μάχην ἵσταται, καὶ πρὸς τοσοῦτο πλῆθος μόνος ἀγωνίζεται, καὶ ὡς ἄκμων τὰς βολὰς ἀποπτύει. ἐκ γὰρ τῶν ἀληθινῶν τζαγγίων ἐγνωρίζετο, καὶ πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο, εἰ καὶ οὐδεμίαν. ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ μαχησάμενοι, τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, ἀπ' ἀλλήλων διέστησαν· καὶ ὁ Σάρβαρος φοβηθεὶς διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τὰ ὀπίσω ὑπέστρεψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπισυνάξας τὸν ἑαυτοῦ λαὸν εἰς τὴν Σεβαστείαν πόλιν ὥρμησεν, καὶ περάσας τὸν Ἅλυν ποταμὸν ἐν ταύτῃ τῇ B χώρᾳ διέτριβεν ὅλον τὸν χειμῶνα. ὁ δὲ Χοσρόης μανεὶς καὶ ἀποστείλας ἔλαβεν ὅλα τὰ κειμήλια τῶν ἐν πάσαις ὑπὸ Πέρσαις ἐκκλησιῶν. καὶ ἠνάγκαζε τοὺς Χριστιανοὺς γενέσθαι εἰς τὴν τοῦ Νεστορίου θρησκείαν πρὸς τὸ πλῆξαι τὸν βασιλέα.

Ἀράβων ἀρχηγὸς Ἀμὲδ ἔτη ἐννέα.

A.M. 6117 Τούτῳ τῷ ἔτει Χοσρόης τῶν Περσῶν βασιλεὺς νέαν ἐποιήσατο στρατείαν, στρατεύσας ξένους τε καὶ πολίτας καὶ οἰκέτας, ἐκ παντὸς γένους ἐκλογὴν ποιησάμενος· καὶ ταύτην τὴν ἐκλογὴν τῷ Σάην παραδοὺς στρατηγῷ, ἄλλας τε ν' χιλιά-

4. ἄκμων A, ἄμμον vulg.: proverbium notum ex Aeschyl. Pers. 51. λόγχης ἄκμονες. 5. εἰ καὶ A, ἢ καὶ vulg. εἰ καὶ μηδεμία αὐτῷ καθίπτατο e. 10. ἐν αὐτῇ τῇ χ. A. 11. καὶ ante ἀποστ. add. ex A. 12. τῶν ἐν πᾶσι A, fort. πασῶν τῶν. 19. ποιούμενος A.

idola desertione conspurcaverat, et ad Persas relicto Romano exercitu defecerat, dixerit: vides caesarem, o Cosma, quanta audacia pugnam conserat, solusque adversus tantam multitudinem decertet, et velut incus tela sagittasque despuat? imperator siquidem ex veris et propriis eius ocreis dignosci poterat, et iam certe plurima, nullum tamen cum vitae discrimine, vulnera acceperat. porro pugna diutius protracta, sole iam ad occasum inclinato, exercitibus ab invicem sponte divisis dirempta est. et Sarbarus periculum metuens retro cessit. imperator collecto universo exercitu in urbem Sebasteam se recepit, traiectoque Aly fluvio in ea regione per totam hiemem substitit. Chosroës exinde furore percitus misit qui donaria supellectilemque omnem a cunctis per universam Persiam erectis ecclesiis auferrent; et ut imperatori aegre faceret, Christianos ad amplexandam Nestorii superstitionem adegit.

Arabum princeps Amed annis novem.

A.C. 617 Hoc anno Persarum rex Chosroës novo exercitui reparando advenas, cives et famulos, ex omni nimirum hominum genere adlectos aggregavit; ea vero selecta multitudine Sai duci tradita, alios quin-

δας ἐκ τῆς φάλαγγος τοῦ Σαρβάρου ἐπιλογὴν λαβών, τούτῳ C
συνῆψε, καὶ ὠνόμασε χρυσολόγχεις, καὶ τούτους ἀπέστειλε
κατὰ τοῦ βασιλέως. τὸν δὲ Σάρβαρον σὺν τῷ λοιπῷ αὐτοῦ
στρατῷ κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἀπέστειλεν, ὅπως τοὺς ἐκ δύσεως Οὔννους, οὓς Ἀβάρους καλοῦσιν, Ἀβάρεις τε καὶ Σκλάβους καὶ Γήπαιδας συμφωνήσας κατὰ τῆς πόλεως χωρήσωσι καὶ ταύτην πολιορκήσωσι. γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν εἰς τρεῖς διαιρέσεις ἐχώρισεν, καὶ τοὺς μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὸ φυλάξαι τὴν πόλιν, τοὺς δὲ παραδοὺς Θεοδώρῳ τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ κατὰ τοῦ Σάην πολεμεῖν ἐκέλευσεν· τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτὸς λαβὼν ἐπὶ Λαζικὴν ἐχώρει· καὶ ἐν ταύτῃ διατρίβων τοὺς Τούρκους ἀπὸ τῆς ἑῴας, οὓς Χαζάρους ὀνομάζουσιν, εἰς συμμαχίαν προσεκαλέσατο. ὁ δὲ Σάην ἅμα τῷ D
νεοσυλλέκτῳ λαῷ καταλαβὼν τὸν τοῦ βασιλέως ἀδελφὸν Θεόδωρον πρὸς πόλεμον ὡπλίσατο. τοῦ δὲ θεοῦ διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς πανυμνήτου θεοτόκου συνεργήσαντος, καὶ πολέμου κροτηθέντος, χάλαζα παραδόξως κατὰ τῶν βαρβάρων κατηνέχθη, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἐπάταξεν. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων παράταξις γαλήνης ἀπήλαυεν. τρέπουσι δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς
Πέρσας, καὶ ἀναιροῦσι πλῆθος πολύ. τοῦτο μαθὼν Χοσρόης V.210
ὠργίζετο κατὰ τοῦ Σάην. ὁ δὲ Σάην ἐκ πολλῆς ἀθυμίας εἰς

2. χρυσοῦς λόγχεις A f. 12. ἐκ τῆς ἑ. A. Χαζάρεις A.
16. πανυμνήτου A f, πολυμνήτου vulg. 18. αὐτῶν add. ex A.
21. ῥαθυμίας a f.

quagies mille ex Sarbari phalange excerptos ex animi consilio milites aurihastatos ab ipso dictos eisdem adiunxit, et adversus imperatorem misit: Sarbarum vero cum reliquo exercitu Cpolim versus misit, ut initis pactis cum Unnis (Abaros quidam vocant), Bulgaris, Sclavis et Gepedibus, una cum eo urbem impressione facta obsiderent. eo consilio cognito in tres acies exercitum universum imperator distribuit: et primam quidem ad urbis defensionem, aliam Theodoro proprio fratri traditam Saëm aggredi iussit, cum tertia secum educta ipse in Lazicam regionem secessit, ibique mora aliquandiu protracta, Turcos orientales, quos Chazaros vocant, ad belli societatem allexit. tum vero Saës cum novitio isto exercitu fratrem imperatoris Theodorum offendens, bello eum adoritur. consertis autem ad invicem manibus, deo laudatissimae dei genitricis precibus manifeste opitulante, grando vehemens ex inopinato in barbaros delata plures eorum vulneravit. interim Romana acies tranquilla aeris serenitate fruebatur. Persas igitur in fugam Romani vertunt, et ex eis copiosum numerum prosternunt. eo audito Chosroës ira vehementi in Saëm exarsit. Saës ipse prae moerore atque desperatione in languorem incidens misere

νόσον ἐμπεσὼν ἐτελεύτησεν. τούτου δὲ τὸ σῶμα κελεύει Χοσρόης ἅλατι ταριχευθὲν πρὸς αὐτὸν κομισθῆναι, καὶ τοῦτο P. 264 νεκρὸν πολλαῖς αἰκίαις ἐπέβαλλεν. οἱ δὲ Χαζάρεις διαρρήξαντες τὰς Κασπίας πύλας τῇ Περσίδι εἰσβάλλουσιν εἰς τὴν χώραν τοῦ Ἀδροηγὰν σὺν τῷ ἑαυτῶν στρατηγῷ Ζιεβὴλ, δευτέρῳ ὄντι τοῦ Χαγάνου τῇ ἀξίᾳ· καὶ ἐν οἷς ἂν τόποις διέβαινον, τούς τε Πέρσας ᾐχμαλώτευον, καὶ τὰς πόλεις καὶ κώμας τῷ πυρὶ παρεδίδουν. ἀπάρας δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ Λαζικῆς, τούτοις συνήντησεν. ὁ δὲ Ζιεβὴλ τοῦτον ἰδὼν καὶ προδραμὼν, κατασπάζεται αὐτοῦ τὸν τράχηλον, καὶ προσεκύνησεν αὐτόν, ὁρώντων τῶν Περσῶν ἐκ τῆς πόλεως τοῦ Τιφίλεως. B πᾶς δὲ ὁ λαὸς τῶν Τούρκων εἰς γῆν πεσόντες πρηνεῖς ὡς ἐκσταθέντες ἐπὶ στόμα τὸν βασιλέα ἐτίμων τιμὴν τὴν παρ' ἔθνεσι ξένην. ὁμοίως καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐπὶ πετρῶν ἀναβάντες τῷ αὐτῷ σχήματι ἔπεσον. προσήνεγκεν δὲ ὁ Ζιεβὴλ καὶ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἀρχιγένειον τῷ βασιλεῖ, ἡδυνόμενος τοῖς τούτου λόγοις, καὶ ἐκπληττόμενος τῇ τε θέᾳ καὶ τῇ φρονήσει αὐτοῦ. ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ Ζιεβὴλ χιλιάδας μ' ἀνδρῶν γενναίων ἔδωκεν τῷ βασιλεῖ πρὸς συμμαχίαν, καὶ αὐτὸς ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν. τούτους δὲ λαβὼν ὁ βασιλεύς, κατὰ

1. ἐμπεσὼν ἐτ. A, ἔπεσεν καὶ ἐτ. vulg. τὸ add. ex A. 3. ὑπέβαλεν A. 4. τὰς add. ex A. 9. προδραμὼν A, προσδρ. vulg. 13. ἐκταθέντες om. ὡς A. 15. καὶ add. ex A. 17. τήν τεθέαν καὶ φρόνησιν A.

interiit. cadaver eius sale multo conditum ad se advehi Chosroës iussit, et mortuum licet ac sensu privatum verberibus et iniuriis lacerari imperavit. porro Chazari Caspiis portis diruptis in Persidem irrumpunt, et Ziebelo duce, cui a Chagano secunda dignitas inerat, Adroëgam provinciam penetrant. quocumque vero progrederentur Persas abducebant captivos, et urbes pagosque igne devastabant. interea imperator a Lazica solvens, illis se adiungere et occurrere studuit. cum Ziebelus imperatorem conspexit, obviam progressus, eius collum exosculatus est, ipsumque adoravit, Persis ex urbe Tiphili spectatoribus. Turcorum autem exercitus omnis in terram procidens et in faciem pronus, quasi maiestatis horrore concepto, insolito honoris genere, gentilibus tamen solemni, imperatorem prosequutus est, ac pariter exercitus praefecti super saxa ascendentes eodem corporis habitu procubuerunt. ad haec Ziebelus imperatori, eius quippe verbis delectabatur, et eius prospectu ac prudentia plane stupefactus haerebat, filium suum, cui lanugo primum e malis tunc oriebatur, obtulit. selectos tandem viros strenuos ad quadraginta millia Ziebelus belli socios imperatori assignavit, et in propriam postmodum regio-

Χοσρόου ἐχώρει. ὁ δὲ Σάρβαρος τῇ Χαλκηδόνι προσβαλών,
καὶ οἱ Ἄβαρεις ἐκ τῆς Θρᾴκης τῇ πόλει πλησιάσαντες, ταύ- C
την ἑλεῖν ἐβούλοντο, καὶ πολλὰς μηχανὰς κατ' αὐτῆς κινή-
σαντες, καὶ εἰς σκάφη γλυπτὰ ἐκ τοῦ Ἴστρου πλῆθος ἄπει-
ρον καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον ἐνέγκαντες, τὸν κόλπον τοῦ Κέ-
ρατος ἐπλήρωσαν. δέκα δὲ ἡμέρας τῇ πόλει παρακαθίσαντες
διά τε γῆς καὶ θαλάσσης τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ συνερ-
γείᾳ καὶ ταῖς πρεσβείαις τῆς ἀχράντου καὶ θεομήτορος παρ-
θένου ἡττήθησαν· καὶ πλήθη πολλὰ ἀποβαλόντες ἔν τε γῇ
καὶ θαλάττῃ, μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ Σάρ-
βαρος τῇ Χαλκηδόνι παρακαθεζόμενος οὐ μετέστη, ἀλλ' αὐτόθι D
ἐχείμασεν, κουρσεύων καὶ πραιδεύων τὰ περατικὰ μέρη καὶ
τὰς πόλεις αὐτῶν.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπὸ μηνὸς Σεπτεμβρίου εἰσβαλὼν ἐν Περ- A.M. 6118
σίδι Ἡράκλειος σὺν τοῖς Τούρκοις ἀπροσδοκήτως διὰ τὸν P. 265
χειμῶνα εἰς ἔκστασιν ἐνέβαλεν τὸν Χοσρόην τοῦτο μαθόντα.
οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸν χειμῶνα ὁρῶντες καὶ τὰς συνεχεῖς ἐπιδρομὰς
τῶν Περσῶν, μὴ ὑποφέροντες συγκοπιᾷν τῷ βασιλεῖ, ἤρξαντο
κατ' ὀλίγον ὑπορρέειν, καὶ πάντες ἀφέντες αὐτόν, ὑπέστρε-
ψαν. ὁ δὲ βασιλεὺς διελάλησεν τῷ αὐτοῦ λαῷ, λέγων· γνῶτε,

1. προσλαβὼν f. 6. παρακαθίσαντες A, παρακαθήσαντες vulg. 12. ἐχείμασεν A, χειμάσας vulg. τὰ περσικὰ μέρη A. 14. εἰσβαλὼν A, εἰσβάλλων vulg. 15. διὰ τοῦ χειμῶνος A. 18. τῶν Π. A, τὸν Π. vulg.

nem secessit. imperator illis sibi adiunctis, adversus Chosroëm perrexit. interim Sarbarus Chalcedonem adoritur, Abares etiam e Thracia profecti ad urbem applicantes eam vi obtinere nitebantur: multis itaque machinis ad eam admotis, et copiarum multitudine innumera, ut quae numerum omnem vere superaret, per Istrum flumen scaphis uno trunco excavatis advecta, Cornu sinum omnem, quaqua late patet, oppleverunt. dies demum decem urbem obsidentes terra et mari, dei tandem virtute et ope, et immaculatae deique matris virginis precibus profligati sunt: multisque suorum copiis terra et mari amissis, cum magno rubore et dedecore domos repetierunt. Sarbarus autem obsidione ad Chalcedonem posita non destitit: quin immo mari piraticam, terra praedatoriam exercens partes trans fretum positas et earum urbes devastavit, et hibernam eisdem in locis egit tempestatem.

Hoc anno iam a mense Septembri Heraclius una cum Turcis in- A.C. 618
opinato propter imminentem hiemis rigorem in Persiam irrumpens, Chosroëm, ubi rescivit expeditionem, in animi anxietatem et stuporem coniecit. Turci vero incumbentem hiemem prospicientes, crebrarum a Persis excursionum impatientes, nec imperatori collaborare gnari, paulatim elabi vel se surripere ceperunt, ac tandem omnes societate

ἀδελφοί, ὅτι οὐδεὶς ἡμῖν συμμαχῆσαι θέλει, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ V. 211 *θεός, καὶ ἡ τοῦτον τεκοῦσα ἀσπόρως μήτηρ, ἵνα δείξῃ τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν, καὶ καταπέμψῃ τὴν βοήθειαν αὐτοῦ. ὁ δὲ Χοσρόης ἐπισυνάξας πάντα τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, προ-* B *βάλλεται στρατηγὸν ἐν αὐτοῖς Ῥαζάτην, ἄνδρα πολεμικώτατον καὶ ἀνδρεῖον, καὶ κατὰ Ἡρακλείου τοῦτον ἀπέστειλεν. ὁ δὲ βασιλεὺς τάς τε πόλεις Περσίδος ἐπυρπόλει καὶ τὰς κώμας, καὶ τοὺς καταλαμβανομένους Πέρσας ἀνήλισκεν ῥομφαίᾳ. τῇ δὲ ἐννάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς τῆς ιε' ἰνδικτιῶνος κατέλαβεν εἰς τὴν χώραν Χαμαηθᾶ· καὶ διανέπαυσεν τὸν λαὸν ἑβδομάδα μίαν. ὁ δὲ Ῥαζάτης ἐλθὼν εἰς τὸ Γαυζάκων, ἐγεννήθη ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἠκολούθει τῶν Ῥωμαίων δαπανώντων ἔμπροσθεν τὰς τροφάς. αὐτὸς δὲ ὀπίσω ὡς κύων πεινῶν μόλις ἐκ τῶν ψιχίων αὐτῶν ἐτρέφετο· καὶ ἐκ τοῦ μὴ εὑρίσκειν αὐτὸν δαπάνας πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ* C *διεφθάρησαν. τῇ δὲ πρώτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς κατέλαβεν ὁ βασιλεὺς ποταμὸν μέγαν Ζαβᾶν λεγόμενον, καὶ τοῦτον περάσας ἠπλήκευσεν πλησίον Νινευὶ τῆς πόλεως. κατέλαβεν δὲ καὶ ὁ Ῥαζάτης εἰς τὸ πέραμα ἐπακολουθῶν αὐτῷ, καὶ κατελθὼν ἀπὸ τριῶν μιλίων εὗρεν ἄλλο πέραμα καὶ ἐπέρασεν.*

1. *ἡμῖν* add. ex A. 3. *καταπέμπει* A. 4. *ἐπισυνάξας πάντα τὰ* A, *ἐπιστρατεύσας τὰ* vulg. 10. *Χαμαιθᾶ* a. 11. *Γαυζακὸν* A, *Γαυζακῶ* a. 14. *αὐτῶν* A, *αὐτοῦ* vulg. 16. *μηνος* add. ex A. 17. *λεγόμενον* om. A. 19. *πέραμα* A a f, *πέραν* vulg.

belli deserta redierunt. imperator autem exercitui suo ad colloquium vocato: videte, fratres, ut nullus belli societatem init nobiscum, quam deus solus, et quae illum sine semine concepit mater, ut potentiam nimirum suam exerat, et auxilium nobis suum manifesto mittat. porro Chosroës compositis et eductis suis copiis, ducem eis praefecit Rhazatem virum bellicosissimum et strenuum, et in Heraclium misit. imperator vero Persidis urbes et vicos ferro et igne devastabat, Persasque in potestatem venientes cunctos romphaea delebat. nono vero mensis Octobris die, indictione decima quinta, in provinciam Chamaetham pervenit, et dierum septem quiete exercitum refecit. Rhazates autem Gauzacum profectus, pone sequebatur imperatorem, et Romanorum commeatum omnem per vias occupantium et consumentium vestigia a tergo legebat. ipse vero canis more pedissequus ac famelicus micis vix decidentibus annonam suffurabatur, equi etiam pabulis non inventis perierunt innumeri. prima deinde Decembris die imperator ad magnum fluvium, cui nomen Zabas, pervenit, eoque traiecto iuxta Ninivem civitatem castra applicuit. circa fluvium pariter Romanos insequutus Rhazates appulit, et ad millia tria iuxta fluvii

ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποστείλας Βαάνην τὸν στρατηλάτην μετὰ ἐπιλέκτων στρατιωτῶν ὀλίγων, εὗρεν βάνδον Περσῶν, καὶ φονεύσας αὐτοῦ τὸν κόμητα, ἤνεγκεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ σπαθὶν ὁλόχρυσον· καὶ πολλοὺς φονεύσας, ἤνεγκεν ζῶντας κϛ', ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ σπαθάριος τοῦ Ῥαζάτου· ὅστις καὶ D
ἀνήγγειλεν τῷ βασιλεῖ, ὅτι πολεμῆσαι βούλεται αὐτὸν ὁ Ῥαζάτης, οὕτω κελευσθεὶς παρὰ Χοσρόου, καὶ τρισχιλίους ὡπλισμένους ἀπέστειλεν αὐτῷ. ἀλλ' ἀκμὴν οὐκ ἔφθασαν. ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ βασιλεὺς προαπέλυσε τὸ τοῦλδον ἔμπροσθεν· καὶ αὐτὸς ἐπηκολούθει σκεπτόμενος εὑρεῖν τόπον ἐν ᾧ ὤφειλεν πολεμῆσαι, πρὸ τοῦ ἑνωθῶσιν αὐτοῖς οἱ τρισχίλιοι. εὑρὼν δὲ πεδίον ἐπιδέξιον πρὸς πόλεμον, καὶ διαλαλήσας τῷ λαῷ παρετάξατο. ὁ δὲ Ῥαζάτης καταλαβὼν καὶ αὐτὸς παρετάξατο τρισὶ φούλκοις, καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως ἐχώρησεν. τῇ δὲ δωδεκάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρᾳ σαββάτου P. 266
ἐκροτήθη ὁ πόλεμος· καὶ προπηδήσας πάντων ὁ βασιλεὺς ἄρχοντι τῶν Περσῶν συνήντησεν· καὶ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ τῇ βοηθείᾳ τῆς θεοτόκου τοῦτον κατέβαλεν· καὶ οἱ σὺν αὐτῷ προπηδήσαντες ἐτράπησαν· καὶ ὁ βασιλεὺς αὖθις ἄλλῳ συναντήσας, καὶ τοῦτον κατέβαλεν. προσέβαλεν δὲ αὐτῷ καὶ

2. βάνδον Π. A, βάνδον τὸν Π. vulg. 5. καὶ post ὅστις add. ex A. 13. ὁ δὲ Ῥαζ. — — παρετάξατο om. b. 15. σαββάτῳ A. 19. ἐτράπησαν] ἐῤῥάπισαν A. 20. προσέβαλεν A, προέβαλεν vulg.

cursum descendens, vadum invenit, et in ulteriorem ripam transiit. tum vero Baanes militiae magister cum selectis militibus paucis Persarum cohortem suo vexillo insignem offendit, et eius comite occiso, comitis eiusdem caput tulit, et ex auro solido ensem: multis praeterea deletis, vivos viginti sex abduxit, inter quos Rhazatis spatharius repertus, qui etiam imperatori renunciavit Rhazatem cum eo congredi velle, sic enim a Chosroë iussum affirmabat, et virorum tria millia ad eum missa, quae nondum tamen advenissent. his cognitis, imperator impedimenta praecedere iubet: ipse planitiem pugnae conserendae idoneam, priusquam ter mille viri nominati advenirent et reliquis adiungerentur, mente sollicita investigans sequebatur. campo ad pugnam apto reperto, exercitum ad allocutionem vocat, et ordines componit. Rhazates pariter cum eundem locum tenuisset, in tres cuneos totum exercitum distribuit et in imperatorem praeliaturus se confert. mensis itaque Decembris die duodecimo, qui sabbati fuit, certamen commissum, in quo imperator ante omnes prosiliens, Persarum ductorem offendit, eumque dei virtute et dei genitricis auxilio prostravit: unde qui prius etiam cum eo pugnam inierant in fugam versi sunt. imperator iterum in alium sibi occurrentem insilit, et hunc

τρίτος, ὃς καὶ ἔδωκεν αὐτῷ μετὰ δόρατος εἰς τὸ χεῖλος, καὶ τοῦτον ἔπληξεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τοῦτον ἀνεῖλεν· καὶ τῶν σαλπίγγων ἠχησασῶν συνέβαλον ἀλλήλοις ἀμφότερα τὰ μέρη, καὶ μάχης κρατησάσης σφόδρα, ἐπληγώθη ὑπὸ τῶν πεζῶν ὁ
B τοῦ βασιλέως ἵππος, λεγόμενος Φάλβας, ὁ καὶ Δόρκων, εἰς τὸν μηρὸν αὐτοῦ λαβὼν κονταρέαν· πολλὰς δὲ καὶ σπαθέας ἐν τῇ ὄψει αὐτοῦ ἔλαβεν· ἀλλὰ φορῶν κατάφρακτα νευρικά, οὐκ ἐβλάπτετο, οὐδὲ αὐταὶ ἐνήργουν. πίπτει δὲ ἐν τῷ πολέμῳ ὁ Ῥαζάτης, καὶ οἱ τρεῖς τουρμάρχαι τῶν Περσῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες σχεδὸν πάντες, καὶ τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ αὐτῶν. ἐσφάγησαν δὲ καὶ Ῥωμαῖοι πεντήκοντα, καὶ ἐπληγώθησαν ἱκανοί, ἀλλ' οὐκ ἀπέθανον, εἰ μὴ δέκα· ἐκροτήθη δὲ ὁ πόλεμος ἀπὸ πρωῒ ἕως ὥρας ἑνδεκάτης. ἀπῆραν δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τῶν Περσῶν βάνδα κη' χωρὶς τῶν κλασθέντων, καὶ
V. 212 σκυλεύσαντες τοὺς νεκρούς, ἔλαβον τὰ λωρίκια αὐτῶν καὶ τὰς
C κασσίδας καὶ πάντα τὰ ἅρματα· καὶ ἔμειναν ἀπ' ἀλλήλων ἀπὸ δύο σαγιττοβολῶν. τροπὴ γὰρ οὐ γέγονεν. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων λαοὶ τῇ νυκτὶ ἐπότισαν καὶ ἐτάγισαν τὰ ἄλογα

4. κρατησάσης σφόδρα A e f, κροτηθείσης σφοδρᾶς vulg. 5. τοῦ add. ex A. ἵππος Φάλβας, ὁ λεγόμενος Δορκῶν A a f. 7. κατάφρακτα νευρικὰ A a f, καταφρακταρικὰ vulg. 8. οὐδὲ αὐταὶ A b, οὐδὲν αὐταὶ f, οὐδὲ αὐτοῦ a, οὐδὲ αὐτοὶ vulg. πίπτει δὲ A, πίπτει οὖν vulg. 10. τὸ πλεῖον A, τὸ πλεῖστον vulg. 11. καὶ Ῥωμ. A, καὶ οἱ Ῥωμ. vulg. 12. εἰ μὴ ἄλλοι δέκα A. 13. ἀπῆραν A, ἐπῆραν vulg. 15. τὰ λωρ. αὐτῶν καὶ τὰς κασσίδας A, τὰ λ. κ. τὰς κασίδας αὐτῶν vulg. 17. σαγιττῶν A b f. 18. καὶ ἐτάγισαν om. A a f.

pariter expugnat et morti tradit. tertius tandem eum aggreditur, qui hasta eum ad labrum ferit, et vulnus infligit: eum tamen imperator ut et reliquos edomitum necat. tubis itaque concinentibus pars utraque manus conseruit, et cruento certamine excitato, imperatoris equus, cui Phalbas vel Dorcon cognomentum, accepto hastae ictu in femore a peditibus vulneratus est: sed tutamine ex nervis facto circumvallatus, inflictis etiam ad caput crebrioribus ensium plagis, nullatenus laesus est, neque eae ipsae damnum intulerunt. cadit igitur bello Rhazates, et una Persicorum agminum ductores tres, et praecipua capita exercitus, qui ipse totus pene deletus est. Romanorum ad quinquaginta deleti, plurimi vulnerati, quorum nonnisi decem obierunt. praelium ab aurora ad horam usque undecimam commissum. Persarum vexilla viginti octo, praeter ea quae feruntur fracta et contrita, Romani sustulerunt, et interfectis subinde spoliatis, loricas, cassides et armorum genus quodvis sibi sumpserunt: uterque vero exercitus duobus tantum sagittarum iactibus a se invicem substitit: prostrata namque, non in

